

I

**PRINCIPIA CONTRADICTIONIS, IDENTITATIS, et MEDII  
EXCLUSIVI.**

Quum intellectus ens considerat, actum essendi, quem in illo contuetur, in seipso per judicium reproducit. Judicium vero quod tunc efformat, est hoc : *ens est*, seu : *quod est, est*. Hoc dicitur principium identitatis : quod principium formam quoque assumit negativam : *quod non est, non est* : *nihilum non est*.

Si intellectus comparet ens cum non-ente, statim agnoscit, alterum alterius exclusionem esse : hinc judicium ; *ens non est non-ens* ; et *non-ens non est ens*, seu : *esse excludit non esse*, et viceversa. Cujus exclusionis necessitate perspecta, judicium in modale transformatur, videlicet in hoc : *impossibile est, esse et non esse se invicem non excludere*, seu : *idem non potest simul esse et non esse*. Hoc dicitur principium contradictionis, quia enuntiat duo contradictoria *esse, non esse*, consistere simul non posse. Idem priucipium aliis verbis Logici sic efferunt : *impossibile est duas contradictorias esse simul falsas*.

S. TONGIORGI, S. J.

Le Rév. Père Palmieri, le Suarez du 19<sup>e</sup> siècle, a donné sur les sus-dits principes une thèse qui sera certainement goûtée par les élèves qui aiment à approfondir les choses.